


ANN. XII. - N. 74

MENS. JULIO et AUGUSTO

ANN. MCMXLII



PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

- | | |
|-------------------------------------|-------------------------|
| Homeri Odyssea | (I, 330-444) |
| Claretiano an Clarettiano (italice) | (MIR) |
| De imitatione Christi | (ALVAREZ) |
| Commercium Epistulare | (MIR-MESA) |
| Index Orthographicus | (JIMÉNEZ) |
| De erratione Georgii | (AVENARIUS) |
| Fausta Precantes | (ACTUARIUS) |
| Epheborum Exercitationes | |
| In Argenteis nuptiis Moderatoris | |
| Provincialis | (SANTESTEBAN) |
| Patri et Pastori | (MOLINA) |
| Eἰς ἐρωτα | (JUBERIAS) |
| Salve Regina | (ALUMNI IV CURSUS) |
| Bibliographia | (JIMÉNEZ, HERRERA, MIR) |
| Curiosa et Jocosa | (NUGATOR) |

Ordinarii et Superiorum permissu

www.culturaclasica.com

Homeri Odyssaea (l. 330-444)

πλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσετο οἷο δόμοιο, οὐκ οἶη, ἔμμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἔποντο.	330
ἡ δ' δτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο δῖα γυναικῶν, στῇ φα παρὰ σταδμὸν τέγεος πύκα ποιητοῦ ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα·	
ἀμφίπολος δ' ἄρα οἱ κεδνὴ ἐκέτεροι παρέστη. δακρύσασα δ' ἐπειτα προσήγεια θεῖον ἀοιδόν·	335
„Φῆμε, πολλὰ γάρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια οἰδας, ἔργ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τά τε κλείουσιν ἀοιδοῖς· τῶν ἔν γέ σφιν ἄειδε παρήμενος, οἱ δὲ σιωπῇ οἰνον πινόντων· ταύτης δ' ἀποκαύε' ἀοιδῆς	340
λυνγῆς, ἡ τέ μοι αὖλην ἐνὶ στήθεσι φίλον κῆρ τελετει, ἐπεὶ με μάλιστα καθίκετο πένθος ἄλαστον. τοίην γάρ κεφαλὴν ποθέω μεμνημένη αἰεί, [άνδρός, τοῦ κλέος εὐρὺν καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἀργος].“	
τὴν δ' αὐτὸν Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·	345
„μῆτερ ἐμή, τί τ' ἄφα φθονεῖς ἐρίσηρον ἀοιδὸν τέρπειν, ὅππῃ οἱ νοσοὶ δρυνταῖ; οὐ νύ τ' ἀοιδοῖ αἴτιοι, ἄλλα ποθι Ζεὺς αἴτιος, δος τε δίδωσιν ἀνδράσιν ἀλφηστῆσιν, δῶπος ἐθέλησιν, ἐκάστῳ. τούτῳ δ' οὐ νέμεσις Δαναῶν κακὸν οίτον αἰείδειν·	350
τὴν γάρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείοντος' ἀνθρώποι, ἥ τις ἀκούστεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. σοι δ' ἐπιτολμάτω πραδήν καὶ θυμὸς ἀκούειν·	
οὐ γάρ Ὁδυσσεὺς οίος ἀπώλεσε νόστιμον ἡμαρ ἐν Τροίῃ, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι φῶτες δλοντο. [άλλ' εἰς οίκον ιούσα τὰ σ' αὐτῆς ἐργα κρυπτεῖ, ιστόν τ' ἥλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε ἐργον ἐποίχεσθαι· μῦθος δ' ἀνδρεσσι μελήσει πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοὶ· τοῦ γάρ κράτος ἐστ' ἐνὶ οἰκῷ.]“	355
ἢ μὲν δαμβῆσασα πάλιν οἰκούνδε βεβήκειν·	360

πειθῆς γάρ μῦθον πεπνυμένων ἐνθετο θυμῷ.
εἰς δ' ὑπερῷ ἀναβᾶσα σὺν ᾧ φιπόλοισι γυναιξὶν
κλαῖεν ἐπειτ' Ὁδυσσηα φίλον πόσιν, δῆρα οἱ ὑπνοι
ἡδὺν ἐπὶ βλεφάροισι βάλε γλαυκῶπις Ἀθήνη.
μνηστῆρες δ' διμάδησαν ἀνὰ μέγαρα σκιδεντα,
πάντες δ' ἡρήσαντο παρὰ λεχέεσσι αλιθῆναι.
τοῖσι δὲ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἠρχετο μύθων·
„μητρὸς ἐμῆς μνηστῆρες ὑπέρφιον ὕβριν ἔχοντες,
νῦν μὲν δαινύμενοι τερπώμεθα, μηδὲ βοητὸς
ἔπιτω, ἐπεὶ τόδε καθὸν ἀκούσμεν εἰστὶν ἀοιδοῦ
τοιοῦδ', οἶος ὅδ' ἐστί, θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδῆν.
ἡῶθεν δ' ἀγορήνδε καθεξώμεσθα κιδόντες
πάντες, ὦν ὕμιν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποείπω
[ἔξιέναι μεγάρων· ἄλλας δ' ἀλεγύνετε δαῖτας
ὑμὰ κτήματ' ἔδοντες ἀμειβόμενοι κατὰ οίκους.
εἰ δ' ὕμιν δοκέει τόδε λωτερον καὶ ἀμεινον
ἔμμεναι, ἀνδρὸς ἐνὸς βίοτον νήποινον δλέσθαι,
κείρετ· ἐγὼ δὲ θεοὺς ἐπιβώσομαι αὖλην ἔόντας,
αλ κέ ποθι Ζεὺς δῶσι παλίντιτα ἐργα γενέσθαι·
νήποινοι κεν ἐπειτα δόμων ἐντοσθεν ὅλοισθε.“]

ώς ἔφαδ', οἱ δ' ἄρα πάντες δδὰξ ἐν χείλεσι φύντες
Τηλέμαχον θαύμαζον, ὃ θαρσαλέως ἀγόρευεν.
τὸν δ' αὐτὸν Ἀντίνοος προσέφη, Ἐυπείθενς νίσ·
„Τηλέμαχ' , ἡ μάλα δῆ σε διδάσκουσιν θεοὶ αὐτοὶ
νήφαγόρην τ' ἔμεναι· καὶ θαρσαλέως ἀγορεύειν·
μη σέ γ' ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκη βασιλῆα Κρονίων
ποιήσειεν, δ τοι γενεῇ πατρώιόν ἐστιν.“


τὸν δ' αὐτὸν Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
„Ἀντίνοο, ἡ καί μοι νεμεσήσεαι, δττι κεν εἶπω;
καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι Διός γε διδόντος ἀρέσθαι
ἥ φῆς τοῦτο κάκιστον ἐν ἀνθρώποισι τετύχθαι:

VINOS DE MISA

J. DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa Fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza

E X Q U I S I T A C A L I D A D

Certificados del Exmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

www.culturaclasica.com

SANATORIUM

Nostin' novos medicationis naturalis productus?
Formulae sunt Rdi. Dris. J. García Roca
Veneunt in pharmacopolis et specificorum sedibus

Hijo de Quintín Ruiz de Gauna

Velas Litúrgicas para el Culto

Economía increíble usando mis velas especiales con el
CAPITEL GAUNA patentado.

LAMPARA DE CERA «GAUNA» para alumbrado del Tabernáculo,
de cuatro días de duración.

¡LIMPIEZA ABSOLUTA!

¡TRANQUILIDAD COMPLETA!

VITORIA (Alava)

RELOJES, PIPAS Y PORTAMINAS
REPARACION DE PLUMAS
ESTILOGRÁFICAS
ESPECIALIDAD
EN PLUMAS DE MARCA

Casa de la ESTILOGRAFICA

SELLOS de GOMA y GRABADOS
VENTAS
MAYOR Y
DETALL

Fontanella, 19 - Teléfono, 12133
BARCELONA

LENCERIA CASA ESMARATS

M. ESMARATS
Casa fundada en 1867
...
FABRICA DE TEJIDOS DE
LINO Y ALGODON EN
SAN GINÉS DE VILASAR

Fontanella, 21, (antes Corribia 8-10-12)
Teléfono, 14386 - BARCELONA
...

Ventas al
Mayor y Detall

ESCULTURA RELIGIOSA ROSENDÓ OLIVELLA

BOTERS, 19-21 (continuación Puertaferrisa) Tel. 23973-BARCELONA

Imágenes en madera tallada y pasta madera. — Santas Cenas. — Crucifijos.
Altares. — Oratorios. — Capillas. — Atriles. — Sacras. — Reclinatorios.
Peanas y toda clase de trabajos concernientes al ramo de la Escultura.

URNAS PARA LA VISITA MENSUAL DOMICILIARIA

Sanatorium Purgans, contra restrictionem ejusque causas.
Contra phthisim in omnibus morbi periodis, Sanatorium Regenerativum.

Sanatorium Depurativum, contra arthritismum, contra gastricas, Sanatorium Eurepticum.

Sanatorium Pilulae Ferrugineae,
contra anaemiam, clorosim et organicas feminarum perturbationes

www.culturaclasica.com

PALAESTRA LATINA

SEU DE LATINITATE COMMENTARIUS ALTERNIS MENSIBUS EDENDUS

Premium subnotationis annuac, solutione antelata, est 10 pesetarum in Hispania et Lusitania, 11 pes. in America et Philippinis insulis, et 12 pes. in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1040

Claretiano an Clarettiano (italice)¹

Quod autem ad probatam structuram adjectivi *clarettianus* in praecipuis europei linguis attinet, dixeram in lucubratiuncula superiore; itemque de rationibus, quibus *clareciano* hispanicum neglegendum arbitrabar, italam tandem scripturam «*clarettiano*» expungendam censebam.

Mihi quidem semper visum est ea in re caput totumque esse in origine nominis statuenda: si igitur vobis italis probanda videtur sententia CLARET = CLARETUM [locus claritate perfusus], rejicienda contraria CLARET = CLARULUS, quam proponit Rdus. P. Matteocci in secundo argumento: ex Clareto autem latino vos italice CLARETO (-eto) admittere cogimini, sicut alia quae recensui: *arboreto*, *fuggeto*, *fontaneto*, cet., quin vobis ex etymo aliud t addere fas sit. Nam si ex iis, adjectiva in -iano finita conformare liceret, duobus ut scriberetis *arboretiano*, *fagettiano*? Quare? Rationem video nullam. Effingite vobis aequationem: *Frassineto* locus Italiae, [a MEYER LÜBKE allatus, *Linguistica Rom.* § 272]: *Clareto* :: *Frassinetiano*: *Claretiano*; vel *Uliveto* [IBID. § 273] : *Clareto* :: *Ulivetano* : *Claretiano*. Pariter ex vestra moneta ducta sunt *monetario*, *monetiere*, *monetaggio*, *monétare*, cet., quod si moneta nomen personae adstruamus ex coque adjectivum possessionis derivemus, *monetiano* pro *monetario* exsurget: ergo non *monettiano*. Ea in CLARET vertite et accomodate; ac si inter *moreto* (moral) et *moretto* (negrito) discrimen statuitis, idem inter *Claret(o)* et *claretto* (clarete-vino) facite. Nam si quis secum confusionem intulit inter *clarettianum* et *clarinum* seu *claranum* (i. e. rem ad S. Claram spectantem), videte ne major inter *Clareto* nostrum et *claretto* (vinum) confusio enascatur.

Si tamen proprius ad philologos accedamus atque ex iis penitiorem argumentationem quaeramus de geminatis consonis, ea nobis proferent verba: Non semper dari posse hujus rei legem vel in latino sermone: at tamen germinationem pluriens locum habere ex *u* (*w*) vel *i* subsequenti. Sic: *quattuor*, *bracchium*, *mislilia* (Cfr. MEYER LÜBKE, *Ling. Roman.* § 138 et in nota A. CASTRO). In itala vero lingua plurimae sunt consonantes germinatae quae ex assimilatione enascuntur, aliisque in casibus erit ex jota subsequenti. Quae sententia licet obiter emissa confirmari

¹ Cfr. fasciculum 73.

potest verbis R. Menéndez Pidal «*Manual de Gramát. histórica española*», § 533: «...en el latín vulgar hubo tendencia a duplicar la consonante delante de yod, como la hay en italiano (appio, labbio, prezzo)...» Ergo *vestrae fayet sententiae?* Ut mihi videtur, haud ita; sunt enim innumerae voces quibus haec aptari nequit explicatio odio, omicidio, odierno, cet. Praeterea dixeram in lucubratione claretiano vocem esse eruditam seu litteratorum, quae sub legibus phoneticae hispaniae *clarezano* dedit-
set, italicice vero *clarezzano* (*ti* > *zz*, cfr. *titione* > *tizione*, *tristitia* > *tristezza*; *onore-*
volezza, cet., vel *clareziano*: *ti* > *zi*, cfr. *mutatione*, *oblazione* > *obblazione*, *obbliga-*
zione, cet., cfr. *occultazione*=*occultezza*). Sed sive *clarezzano* sive potius *clareziano* (ut *Daziano*, *Taziano*, *Tiziano*, cet.) admittamus, ad hanc evolutionem generandam unum *t* in latino sermone sufficeret. Ergo vel a latino in italam descendamus, vel ab italo in latinum ascendamus, unum *t* tantum requiritur.

Illas quoque addam leges (a MEYER LÜBKE vel Bopp excerptas): Geminatur consona finalis quae in proparoxitonis vocalem acutam consequitur, sic: *co'm-modo*, *ca't-tedra*, *fe'm-mina* [at cfr. contra *no'b-ile*, *ni't-ido*, cet.]; et geminatur etiam consona finalis *primae syllabae* vocabulorum quae in tertia syllaba acuuntur: *pel-legri'no*, *tol-lera're*. At claretiano nec proparoxitonum est, nec —licet in tertia acuatur syllaba— geminam *r* suscipiet. Habent insuper itali *sicil-i-ano*, *virgil-i-ano*, —*l* juxta etymon— et pariter *Tertull-i-ano*, *catull-i-ano*, (-*ll*), quae eandem formam et compositionem ac nostrum *claret-i-ano* habent: ergo juxta originem verborum *duplicandae consonae*, sed originem invenimus CLARET-UM uno *t*...

Tandem antequam huic rei finem constituam, verba Americi Castro in *Lingüística Románica*, MEYER LÜBKE § 158 in nota, juvat afferre: «Creo que la duplicación (de consonantes) se debe a pronunciación ultracorrecta frente a la tendencia vulgar de fundir la consonante con la yod: el querer afirmar *Matiana* frente a *Mat'ana* lleva a decir *Mattiana* algo así como hoy se dice *áccido* por pensar que *ácido* es un *vulgarismo*, como *lección* por *lección*». Si hanc placet sine causa inducere *ultra-correctionem*, itali videant.

Quibus perspectis, haud scio an exstet atque vigeat prima ratio quae a P. Matteocci assertur de accentu Clarét non Cláret, et consequens inde argumentatio. Illam plane haud capio, cum apud vos desint —ni fallor— voces nativae quae consonà finiantur.

Veniam mihi prece tuam impertiaris, Rde. Pater si te his fere puero-
rum nagi ab aliis maximi momenti rebus longius occupavi. At rem haud neglegendam arbitratus sum cum ex nostra sententia, vera atque probata nostri proprii ac peculiaris nominis forma appellatioque pendeat.

JOSEPHUS M.³ MIR, C. M. F.

Alabona, idibus februariis a. 1942.

De imitatione Christi libri quattuor rhythmice dispositi

Saepe aureum libellum De imitatione Christi ad animae consolationem versamus et ad vitae emendationem (cf. III, 11, 3); versemus et ipsum hodie ut rhythmum in sententiis inveniamus quem ADRIANUS DE BUT (1480), historiographus THOMAE KEMPENSI coaevis, his verbis animadvertebat:

«Hoc anno (1459) Fr. Thomas de Kempis de monte S. Agnetis, professus Ordinis Regularium Canonicorum multos scriptis suis divulgatis aedificat: hic vitam sanctae Lidwigis descripsit et quoddam volumen metrice super illud *Qui sequitur me*.¹

Vox «metrice» in hoc testimonio sic debet intellegi ut textus media quadam via incedat inter *versus* proprie dictos, pedibus metricis ex quantitate vel accentu constitutos, et *solutam orationem*, sine ulla accenti vel metri ratione decurrentem.

In eo consistit ut variis pausis seu numeris sententias dividat ita ut auribus distinguitur per diversos cursus metricos, immo et assonantias et consonantias; cœulis vero variata interpunctione.

In codice autographo² haec signa adhibentur pro interpunctione:
colon (:), flexa (/) et puncta minora (. ante minusculam)

En primam paginam libelli, his signis ornatam:

Qui sequitur me non ambulat in tenebris: dicit Dominus.

Haec sunt verba Christi quibus admonemur. quatenus vitam ejus et mores imitemur: si velimus veraciter illuminari, et ab omni caecitate cordis liberari.

Summum igitur studium nostrum sit: in vita Jesu Christi meditari.

Doctrina Christi omnes doctrinas Sanctorum praecellit / et qui spiritum habet: absconditum ibi manna inveniret.

In primis, igitur, quattuor versiculis inveniuntur:

- 1) 4 *cola*: post verba tenebris, imitemur, sit, haberet.
- 2) 1 *flexa*: post verbum praecellit.
- 3) 2 *puncta minora*: post verba admonemur et illuminari,
- 4) 7 *consonantiae*: admonemur - imitemur; illuminari - liberari - meditari;
haberet - inveniret.

¹ In Chronicis omnium Monasteriorum Neerlandensium ab anno 1431 ad annum 1480, quae Commissio Regalis Belgicae Historiae in lucem edidit annis 1839 et 1864.

² Iste codex a Magistro Generali totius Ordinis BELLERO, bibliopole Antwerpiensi creditur «ne penitus interiret» anno 1577 et a BELLERO Patribus Societatis Jesu Antwerpiensibus anno 1590.

Nunc conservatur in Regia Bibliotheca Bruxellensi sub numeris 5855-5861 et continet 9 alios tractatus hac coniunctione: «Finitus et completus anno Domini MCCCCXL per manum Thomae Kempensis in monte S. Agnetis prope Zwollis».

Cf. The imitation of Christ being the autograph manuscript of Thomas a Kempis, reproduced in facsimile from the original. London, Elliot, 1879.

5) 8 cursus³: 6 disponaici: móres imitémur; quíbus admonémur; cōrdis liberári; Chrísti meditári: spíritum habéret; mánna inveníret.
1 velox (cum una syllaba expletiva): veráciter illuminári.
1 planus: Sanctórum praecéllit.

Et in unaquaque pagella libri eumdem *interpunctionis* modum, similes consonantias, similes cursus invenire est.

Quaenam vero ratio talis dispositionis? Nulla certe adeſt ratio litteraria, sed est vere paedagogica ut in pia meditatione veritatum spiritualium quae proponuntur lector siſtat.

Facilius enim diversi conceptus ponderantur, si apte disponuntur. Quod nostris etiam temporibus usu venit in multis sane libris manualibus.

Hanc ipsam editionem nonnulli secuti sunt editores tam antiqui⁴ quam moderni.

In ediciónne quam prae manibus habeo,⁵ optimo quidem consilio, diversa membra diversis lineis collocantur, ita ut facilius adhuc quam pausis tantum,⁶ animus ad meditandum juvetur. Ita, exempli gratia:

Nemo secure appetet
nisi qui libenter latet.
Nemo secure loquitur
nisi qui libenter tacet.
Nemo secure praecest
nisi qui libenter subest.
Nemo secure praecipit
nisi qui bene oboedire didicit. (I, xx, 2)

Optimum certe foret novas editiones aurei hujus atque fere caelestis libelli ad codicem autographum revocare, etiam in linguis vernaculis.

JOSEPHUS ALVAREZ, C. M. F.

Tusculi, e Collegio Claretiano, idibus Aprilis an. 1942.

³ Cf. PALAESTRA LATINA, n. 71, 12 (1942), 3, *De «cursu» in orationibus liturgicis*.

⁴ HIRCHE Dr. Carolus. *Editio rhytmica De imitatione Christi librorum IV*, Hamburgi, 1874.

⁵ *De imitatione Christi libri quattuor* juxta Codicem autographum archetypum, accurante R. P. A. Fleury, rhythmicis dispositi et indicibus variis locupletati — Turonibns, Mame, 1925 — 8 x 12 cm. XL, 277 pag.

⁶ In hac tamen edicióne, ut textus autographus inveniatur, *cola* per alineationem secundariam; *flexae* per subdivisíonem inversam, et simul alineationem secundariam; *puncta* vero *minora* per solam virgulam inversam sine alineatione notantur.

Commercium Epistulare

Josephus M.^a Mir, C. M. F. Carolo E. Mesa, socio carissimo salutem.

Dum me, his inclusum montibus et pinetis, has benignas carpentem auras, hoc nitido fruentem caelo quasi relegatum putarem, tuae mihi gratissimae litterae ad hominum commercium me revocarunt. Cumque eas ad manus habui, a Carolo nostro esse vidi: amicum statim perlego... At, quanta inest tuis litteris suavitas et benevolentia, quantus verus ingenuusque amor in litteras latinas, in PALAESTRAM, in nos!

Maximas tibi gratias et agendas et habendas, cum te adeo liberalem perspicio; quot bibliopolas, quot librarias percurristi ut nostram de latinitate bibliothecam lucupletares! Utinam aliquem validum invenias Maecenatem, qui omnes res nostras fortunet! Cetera coram, cum ad nos perveneris. Vale.

Celsonae, a. 1942.

Carolus E. Mesa C. M. F., Josepho M. Mir, fratri carissimo s. p. d.

Litteris tuis, jucunditate ac suavitate plenis, lacessitus sum ad scribendum in PALAESTRA LATINA. Et quamvis morem tibi gerere statueram, saepe tamen multis de causis a consilio recedere cogebar. Minusculis enim, me miserum! districtus negotiis, quae hinc illinc nescio quomodo in dies surgunt meum in Urbe tempus sensim sine sensu volat.

Tu vero, mihi care, homo cum sis litterarum amans ac sollers cultor quantum litteris otium faveat re&te scis, immo absque ipso nihil paene fieri duraturum.

Adsederam ad scrinium non multis abhinc diebus nonnulla ad PALAESTRAM jam jam scripturus, cum quidam socius, ostium cubiculi pulsans, en, inquit, duo collegae te salutare cupiunt. Sane condiscipuli quibuscum variam illam collegii vitam, amaris suavibusque contextam, toto fere studiorum curriculo et in Columbia mea et in Itala peregeram, ex Albani collegio in Catalauniam contendentes Romae obiter paucos dies commorari decreverant. Exoptabant enim perlustrare almam Urbem, mundi caput antiqui, duorum principum consecratam totque martyrum irroratam gloriose sanguine...

Id vero non mea erga eos benevolentia, non eorum et nobile et sanctum desiderium recusare sinebant. Urbem ergo, veterem praesertim, per duodecim dies pedestres, quod gratius fit, circumspicimus, eorum quae tum pagani tum Christiani arte, vita, rebus gestis nobilitarunt, nullis fere monumentis omissis.

Ego, si tibi dicere vellem quae mihi Romae magis placeant, haesitans manerem. Quot monumenta in quorum contemplatione mens aliquantulum exculta delectatur, beatur, quiescit! Essent sane referenda multa: pauca vero eligam.

Basilicam Sancti Pauli extra muros, albente caelo. petimus. Frons templi, columnarum seriei mirifica eurhythmia pulcherrima, sub caelo splendens sereno, quid divinae pacis in nostrum infundit animum, qui, cum Basilicam ingredimur, alto

pervaditur templi silentio, suavi umbra, mira partium harmonia. Duos etiam post dies ad catacumbas Sancti Callixti perrexitus sanctum Missae sacrificium celebrandi gratia. Sacrum ergo litare nobis obtigit ad altare Sanctae Caeciliae, eo ipso cubiculo quo Virgo clarissima et nobilissima, post adeptam martyrii coronam, a christianis sepulta, per plures annos jacuit incognita, usquedum ejus castissimo corpore invento, in Basilicam Transiberinam translata est, ubi fidelium veneratione colitur nosque eam, pudicissima effigie figuratam, interdum videramus.

Et quoniam de statua a Maderno elaborata feci mentionem mihi fateri liceat duas vel tres sacras statuas esse Romae quas si videres fugax laberetur tempus quin animus tuus earum pulchritudine raptus, fugax esse animadverteret

Sanctae Teresiae statuam a Bernini sculptam nondum, pro dolor! vidi; est enim penitus tecta belli stragum timore: vidi autem illam Sancti Stanislai, adulescentis castissimi, quae ad noviciatum Sancti Andreae, etiam Patris Claret illustratum virtutibus, visitantium devotioni exhibetur. O vultur ille vere angelicus! O placidum mortis somnium! Jacet enim, at non morte deformatus, sed quasi mitissimus juvenis qui ad angelorum concentus mira quadam animi tranquillitate obdormiisset... Ab artifice dicitur sculpta ab Ecclesiae catholicae haud adscripto. Caeciliae statuas, Caeciliae etenim memoria ut de statuis loqueremur induxit, quibus pulchrius alias me visurum minime spero, ad Basilicam ejus dicatam nomini, a M. Rampolla, amplissimo Cardinali restauratam, et vidi stupens et saepe, dum Romae manebo, visitare proposui. Adeo intentem in sublime extollunt. Alia ab Stephano Maderno, nobili artifice, anno 1599 effecta, Caeciliam figuravit eo ipso modo quo ad Catacumbas inventa fuit, jacens scilicet, capite velo cooperto, in solum converso vultu, ueste candida ad pedes usque castissime defluente, manuum digitis ita dispositis ut Dei Trinitatem et Unitatem vel mortua signo confiteri videretur.

Altera vero a Caesare Aurelli elaborata, mirificam pudicitiam spirans, stans, veluti quodam suavissimo impetu in caelum erigitur, oculos levat, sinistra manu super peccatus imposita, demissa dextra volumen quoddam ostendit.

Haec, mi Joseph, aliaque plurima templorum museorumque a te aliquando visitanda vehementer exopto. Quibus fruereris gaudiis, quot cerneris monumenta aliunde ex classicis auctoribus tibi nota, quam rerum copiam ad tua pro scholis opuscula illustranda, facile obtineres. Satis est: non longius progrediar.

Libri tui «Ciceronis epistulae selectae» exemplar accepi. Parvus quidem est, at sapientia et eruditione compositus. Mihi placet praesertim ob colloquia quibus pueri in adhibenda ad usus cotidianos latina lingua facilius simul ac elegantius sese exercebunt. Cum scholae te minus urgeant alios pueris magistrisque dabitis, hoc enim et ingenii tui et veteris in litteras amoris et assiduae scholarum experientiae fructus erit dulcissimus.

Fac ut valeas. Palaestricos meo nomine salutem dicas, dum ego ad vos venire propero. Vale. — Romae, Via Julia, 131.

Index Orthographicus

Duae formae juxtapositae, ambae legitimae censentur. Forma intra parenthesim abdita minus probabilem scriptionem indicat; eam nos fugere curabimus. (1)

A

a, ab, abs
a ante consonas: a rege.
ab ante vocales et h: ab ira.
abs ante t: abs te.
ab, in compositis:
abs ante c, g, t: abscedo, abscondo, abstraho.
as ante p: asporto.
a ante m, v: amoveo, avertio, avoco.
au ante f: aufugio, aufero; at affui < absum; sed adffui, affui < adsum (assum).
ab ante vocales et consonantes ceteras: abitor, abjudico, abborreo, abduco, abluo, abnuo, abrogo, absisto.
abjicio, abjcere, abjeci: sic omnia ab jacio composita; (abjicio, abificio).
absum, afui, afuturus.
ac = et. ante consonantes excepta h. Academia.
Accius, non Attius.
additicius, non additius: sic omnia finita in ieiis praeter proprius.
ad, in compositis:
ac, af, ag, ap, at comparate ante c, f, g, p, t: accipio, afferro = adfero, (aufero = ab-fero), aggero, appeto, attraho.
ad ante l, r, s, n (quavis al, ar, as, an quoque occurrit): adloquor, adripio, adsentio, adnuntio (alloquor, arripio, assentio, annuntio).
ad ante vocales et reliquas con-

sonas: adaugeo, adjungo, adhibeo, adbibo, adduco, adfringo, admoveo, adnitor, adquiro, advebo.
adolescens, participium < adolesco. adsum, (assum), adfui, affui.
adulescens, substantivum.
adulescentia, adulescentulus.
Aedui, (Haedui).
aeneus, aenus, (abeneus).
aequiparare, non acquiperare.
aesculus (=encina) et quae inde descendunt: aesculetum, aesculeum, non esculnm.
aetherius, αἰθέριος, non aethereus.
agnosco (adgnosco).
Alamannus, non Alemannus.
Alexandrea et Alexandria.
alioqui, (alioguin).
aliquotiens, (aliquoties).
alium, non allium [planta].
allec, hallec, (alec, halec), [pez marinio, salsa].
alucinari, allucinari (ballucinari).
alvarium, (alvearium) [colmena].
amoenus, non amenus.
ancora, non anchora.
anfractus, non amfractus,
anellus, non annellus.
ante fit anti in antisto, antistes, antitipo.
antemna, antenna.
antistare, non antestare.
anulus, non annulus.
apes et apis (nom. sing.)
arbor, (arbos).
arcesso, accerso.
arena, harena.
ariol, hariol.
*artus, artare (*angustus*), non arctus, arctare.*
assiduus, (adsiduus).
—asus, non — assus in Graecis, ut Halicarnasus, Parnasus.
atque, semper ante vocales vel h: saepe ante consonas, maxime gutturales: c, g, q, ch.
auctor, auctoritas, non autor, auctoritas.
attractare, attractare: sic alia ex tracto.
ausus, (aussus).
autumnus, non auctumnus.

B

Baca, (bacca) [baya = fruta].
balbutio, non balbuttio.
balneum, (balineum).
battuo [golpear], vel batuo.
belua, non bellua.
benedicere, bene dicere.
benefacere, bene facere.
beneficus, (benificus).
Bibliotheca (βιβλιοθήκη) et bybliotheca (βιβλιοθήκη).
bipartitus, bipertitus.
Bonifatius, non Bonifacius.
bos, gen. pl. boum, dat. bubus (bus).
boculus et buculus [novillo].
braca, non bracca.
brachium, non brachium.
brattea [hoja de metal], non bractea.
bucina [trompeta], non buccina.

C

C. = Gajus.
caecus, non coecus.

(1) Non habui ad manus opus in hac re princeps Clmi. BRAMBACH, *Hilfsbüchlein für lateinische Rechtschreibung*. Leipzig 1884; sed accurate pervolvi alia opera quae in eodem fundantur, nempe: F. ANTOINE, *Manuel d'Orthographie latine*, Paris. Klincksieck 1881; STAMPINI, *Trattato della Ortografia Latina*, conforme al manuale di W. Brambach. Torino. E. Loescher 1882; *Regulae Orthographicæ in textibus latinis seroendac*. Romae, Pontificium Institutum Bibliicum 1913. — L. MUELLER, *Orthographiae et Prosodias Summarium*. Petropoli, 1878. — Præterea lexicographos præcipios (Forellinum Perin), grammaticos (Keil, Scriptores de Orthographia, Lipsiac 1880), Noltemium, cuius *Antibarbarum* (Venetiis 1743) indicem orthographicum continet, nequaquam dignandum.

cælebs, non coelebs.	cotidie, cottidie, non quotidie.	dumetum, (dummetum) [lugar de matorrales].
cælum, non coelum. <i>Ita et deriva-</i>	cothurnus, (cothurnus).	dumosus, (dummosus), (dumus)
<i>vata caelicola, Caelius mons.</i>	cucullus, (cucus) [cuclillo, capucha].	[matorral].
cæmentum, non cementum.	culeus [pellejo, odre], non culeus,	dumtaxat, (duntaxat).
caepe, caepa, non cepe.	culeum.	dupondius, dipondius,
caerimonia, caeremonia, non ceri-	cum, non quum, nec quom, sive	E
monia.	praepositio sit sive conjunctio.	Ex ante omnes litteras; e ante con-
caesaries, non cesaries.	cum, in compositis:	sonas tantum; ec est forma
caespes, (cespes).	com ante b, m, p: comburo, com-	archaica et plebeja.
caestus (<i>pugilum</i>), non cestus.	moveo, compello.	ex, in compositis:
caetra, caetratus [<i>adarga</i> , escudo de	con ante c, d, f, g, j, q, s, t, v:	e ante b, d, g, j, l, m, n, r, v:
cueru], potius quam cетra.	concedo, conduco, conficio, con-	cibibo, educo, egredior, ejuro, eli-
Camena, non Camoena.	gero, conjungo, conquirro, consto,	go, emitto, enitor, eruo, evertio.
candela, non candella.	contineo, convoco.	et ante f: efficio, effugio.
caritas, non charitas.	col (con) ante l: collegium (col-	ex ante vocales et consonas reli-
Carthago et Karthago.	legium).	quas: exigo, exhortor, excrucio,
casus, (cassus).	cor ante r: corripiro.	expugno, exstruo, extundo. N. B.
cauda, non coda,	co ante vocales, h, gn: coalesce,	«S» non omittenda in compositis
caudex, codex.	cobibeo, cognosco. Tamen: comes,	post praeverbium ex; scribes igi-
causa, (caussa).	comedo, comitor, comitium; sed	tur: exsul, exstare, exsilium.
cedrus (χεδρος), non caedrus.	cogo (= c δ + ḥ g o < coigo	eculeus, (equuleus) [potro de tor-
cena, non coena.	< cōgo).	mento].
ceteri, non caeteri.	cumba, (cymba).	ei mihil, non hei mihi!
ceteroqui(n), non caeteroquin.	cupressus, (cyparissus), non cy-	ejicio, (eicio).
charta, non carta.	pressus.	elephantus, (elephas, antis), non ele-
chorda, non corda.	cynicus, non cygnus.	phans.
circum, amittit m ante eo; circuire,	D	—endus, non-undus, in verbis ter-
circutus. Ceterum, circumago,	Dam(m)a, [gamo].	tiiae et quartae conjugationis: -
circundo.	Dareus, (Darius).	diligendus, audiendus; tamen -
clatri [verja de hierro], non clathri.	dejicio, (deicio).	undus, saepe post i: poti-undus,
Claudus vel Clodius.	delenio, non delinio.	ori-undus, et in formulis archai-
clipeus, (clupeus, clypeus).	deminutivum, (diminutivum).	cis.
coclea, (cocklea) [caracol].	demo, dempsi, demptum.	epistula, (epistola); at apostolus,
coērceo, (coberceo).	denuntio et omnia ex nuntio com-	non apostulus.
comminus, non cominus.	posita, non denuncio.	equus, non ecus.
comprehendo, (comprendo); sic	depeciscor. (depaciscor) depectus,	erus, era, vel herus, hera.
alia ex prehendo.	(depactus) [pactar].	europaeus, non europeus.
condicio < dico, non conditio.	deprehendo, (deprendo).	F
con in compositis, sequente n = co:	dextera, dextra.	Feles, felis [gato] (non. sing.)
connecto, non connecto; conitor	deversorium, (diversorium).	faenero, non fenero, nec foenero.
non connitor, etc.	dicio non ditio.	faenus, (fenus), non foenus [lucro]
conjicio < jacio (conicio).	dinosco, dignosco.	faenum, (fenum), non foenus, [be-
conjux, (conjux), conjuges.	diocesis, non diocesis.	no].
consecro, (consacro).	discidium, non dissidium.	fames, non famis (in nom. sing.)
contio [asamblea, discurso], non con-	distinguo, distingo.	fecundus, non foecundus.
cio; sed concio, concire=concio.	divisio (divissio).	femina, non foemina.
conubium [matrimonio], non con-	divus < sub dium, sub divum, sub	ferveo, non ferbeo; at ferbui.
nubium.	dio, sub divo (sub diu, Lucr. IV,	fetus, non foetus.
convicium < voc-s, non convitium,	211) [al aire libre].	
[reproche].	dolum, non doleum.	
coquus, (cucus).		

foedus, *čris* [alianza], *non* fedus.
foedus [*sucio*].
formidulosus, (*formidolosus*).
frenum, *non* fraenum.
frustum [*pedazo*], *non* frustum.
futtilis, (*futilis*).

G

Gaesum [*dardo*], *non* gesum.
Galilaea, *non* Galilea.
garrulus, *non* garulus.
genetivus, (*genitivus*).
genetrix, (*genitrix*).
genitor.
gilvus [*color de miel*], *non* gilbus.
gleba, glæba.
gratis, gratis.
gutus [*vasija de cuello estrecho*],
 (guttus).
gyrus, *non* girus.

H

Hadria, *non* Adria.
Hadrianus, *non* Adrianus.
haedus, *non* hoedus.
Hamilcar, *non* Amilcar.
Hannibal, *non* Annibal.
harena, arena.
harundo, (arundo).
haruspex, (aruspex).
Hasdrubal, *non* Asdrubal.
haud, *non* haut.
hebenus, (*ebenus*) [*ébano*].
hedera, (edera).
hejulare, (ejulare).
Henna, *non* Enna.
heri, (here).
heres, *non* haeres, *nec* eres.
Hiber, Hiberia, (Iber, Iberia).
hiberus, (*iberus*).
hiems, (*hiemps*).
hircus, *non* ircus.
holus [*verdura*], (*olus*).
honor, (*bonos*).
hordeum, *non* hordium, *nec* or-
deum.
hymnus, *non* himnus,

I

Idcirco, (iccirco).
idyllium, *non* edyllium.
injicio, (*inicio*).

ilico, *non* illico.

imbecillus, *non* imbecillis.

immo, *non* imo.

in, in compositis:

im *ante* b, m, p: *imbuo*, *immito*, *impello*.

il, ir *ante* l, r. *illudo*, *irruo*.

i *ante* gn: *ignosco*.

in *ante* vocales et consonantes

reliquas: *inaedifico*, *inbaereo*, *in-*

cedo, *induco*, *inficio*, *ingenero*,

injungo, *innitor*, *inquiero*, *insto*,

intendo, *incideo*.

inclitus, inclutus, *non* inclytus.

inchoo, (*inchoo*).

increbresco, *non* increbesco.

indutiae, *non* induiae, [*tregua*].

inficiari, *non* inficiari.

ingratis, ingratiis.

in primis, imprimis, (*inprimis*).

intellego, intellegentia, *non* intelli-
go; *sed tamen* colligo, deligo.

internecio, onis [*ruina total*], *non*
 internicio.

intibus, intibum [*adhicoria*], *non* in-
 tubus, intybus.

inung(u)o.

J

jamdudum, *non* jandudum.

jecur, jecoris, jecinoris, jocineris,
 jocinoris.

Johannes, (*Joannes*).

Judea, *non* Judea.

Juppiter, (*Jupiter*).

K

K (littera).

K == caput, Kaeso.

K. vel Kal.=Kalendae, (*Calendae*)

Karthago, Carthago.

L

Lapsus, < labor, *non* labsus.

lacrima, *non* lacryma, *nec* lacruma.

lagoena, lagona [*botella*], *non* lage-
 na.

lanterna, (*laterna*),

lavo, lautus, (*lotus*).

lauretum, loretum.

lautumiae, *non* lautomiae.

letum, *non* lethum.

levis, *non* laevis [*bruñido*].

lĕvis [*ligero*].

libet, etc. (*lubet*).

lira, [*surco, canal*], *non* lyra.

linter, (lunter) [*barca*], *non* lynter.

littera, (*litera*).

litus, *non* littus.

locusta, (*lucusta*).

loquela, *non* loquella.

loquor, loquuntur, locutus.

lyra [*lira, poesía*].

M

Maereo, maerorem, *non* moereō: *sie*
 dericata.

maestus, *non* moestus.

magnō opere, magnopere.

malo, malle, *non* mallo.

mamma, *sed tamen* mamilla

maniūpium, (*mancupium*).

materia, materies.

Matthaeus.

Matthias.

Mauretania, *non* Mauritania.

membranaceus, membranacius.

mercennarius, *non* mercenarius.

mille; *sed tamen* milia, milies.

mixtus < misceo, (*mixtus*).

monumentum, (*monimentum*).

multa, *non* mulcta (*poena*).

multotiens, (*multoties*).

munditia, mundities, *non* mundi-
 cia, mundicies.

turena, *non* muraena.

murra, (*myrrba*).

museum, *non* musaeum.

Musaeus vates.

myrtum, myretum, (*murtetum*).

Mytilene, *non* Mitylene.

N

Nactus, (*nanctus*) < nancisor.

narus, (*gnarus*).

natus, (*in prosa*), *non* gnatus.

navus, (*gnavus*).

ne, *non* nac (*affirmandi particula*).

neglego, (*neg-lego*), *non* negligo.

negotium, *non* negotium.

nenia [*canción fúnebre*], *non* naenia

nequiquam, nequicquam, (*ne-
 quidquam*).

nomisma, (*numisma*).
 nongenti, *non* noncenti.
 nosco, *non* gnosco.
 notitia, *non* noticia.
 novicius
 numquam, nunquam,
 nubes (= *nom sing.*), *non* nubis.
 nuntio, *nuntius*, *non* nuncio.

O

Ob, in compositis:
 oc, of, og, op *ante* c, f, g, p:
occido, *offerō*, *oggero*, *oppono*
 o(s), *in ostendo*, *operio*, *omitto*.
 ob *ante* vocales et consonas ce-
 teras: *obeo*, *objecto*, *oborroeo*, ob-
 brutesco, *obduco*, *oblido*, *obnun-
 tio*, *obruo*, *obsisto*, *obtineo*, ob-
 venio.
 objicio (*obicio*).
 oboedio, *non* obedio.
 obsenus, (*obscaenus*), *non* obscoe-
 nus.
 obsonium, opsonium [*viandas*].
 obstipesco, (*obstupesco*).
 obsto, *non* opsto.
 obtineo, *non* optineo.
 ocior, *non* ocyor.
 onus, onustus.
 orcus, *non* orchus.
 orichalcum [*latón*], *non* aurichal-
 cum.
 otium, *non* ocium.
 Otho, *non* Oto.

P

Paclax, (*pelex*), [*concubina*], *non*
 pellex.
 paene (*fere*), *non* pene, *nec* poene.
 paenitet, paenitentia, *non* poenitet,
 at poena.
 paenula [*gabán, impermeable*], *non*
 penula.
 pallium [*manto*], *non* paleum.
 Parnassus, *non* Parnassus.
 parricida, *non* páricida (*Prud. Ha-
 martig. 564*), *nec* patricida.
 Paulus, Paullus.
 paulum, paulatim; paullum, paul-
 latim.

pedentim, (*pedetemptim*).
 pedisequus, *non* pedissequus.
 pejorare, pejurare; *non* perjurare.
 pennae avium [*plumas*], pinnae
 murorum [*almenas, alas*].
 penuria, *non* paenuria,
 percontor, (*percunctor*).
 percreresco, *non* percrebesco.
 perennis, *non* peremnis.
 perlego, (*pellego*).
 perluceo, (*pelluceo*),
 pernicies < *nec-s*, *non* pernities.
 petorritum [*coche de cuatro ruedas*],
 non petoritum.
 phaselus, *non* faselus,
 pileus, pileum; *non* pileus, pi-
 leum.
 plaudio < *appludo*, *sed* tamen ex-
 plodo.
 poena > *πονήση*, *non* paena, *nec* pena.
 pomerium [*buerca de frutas*], *non*
 pomoerium.
 postmeridianus, posmeridianus, *non*
 pomeridianus.
 Pollio, (*Polio*).
 prae, initialis syllaba semper, si ex-
 cipias tantum precor, prehendo.
 premo, prelum, pretium, presby-
 ter, prester, proelium.
 praesaepe, *praesaepia*, (*praesepe*,
praesepia).
 praestolor, *non* prestulor.
 prehendo, (*prendo*).
 prelum, *non* praelum.
 pretium, *non* precium, *nec* prae-
 tium.
 pro, *non* proh (interjectio).
 proelium, *non* praelium.
 projicio, (*procio*).
 promiscue, *non* promisce.
 promunturium, (*promontorium*).
 prooemium, *non* prohoemium, *nec*
 proemium.
 propitius, *non* propicius.
 prorsus, *non* prorsum.
 proscenium, *non* proscenium.
 protinus, (*protenus*).
 provincia, *non* provintia.
 pulcher, (*pulcer*).
 punire, *non* poenire.
 putesco, putresco.

Q
 Quadriduum, *non* quadrivium.
 quanquam, quamquam.
 qua requare.
 quam ob rem, quamobrem.
 quanto opere, quantopere.
 quatenus, (*quatinus*).
 quattuor, (*quatuor*).
 quem ad modum, quemadmodum.
 querela, (*querella*).
 quicunque, quicunque.
 quisquam > quicquam (*quidquam*).
 quisquis > quidquid, quicquid.
 Quintius, Quintilianus, quintilis,
 (*Quinctius, Quinctilianus, quinc-
 tilis*).
 quotiens, (*quoties*).

R

Raeda, (*reda*), *non* rheda [*coche*].
 recido, recidi [*recaer*].
 recido, recidi, (reccido, receidi),
 [cortar].
 recipero, recupero.
 redemptor, *non* redemtor.
 refero, retuli, *non* retuli.
 Regium, *non* Rhegium.
 rejicio, (*reicio*).
 religio, *non* relligio.
 reliquiae, *non* relliquiae,
 reliquus, *non* relliquus, *nec* reli-
 cuus.
 repello, repuli, *non* repuli.
 reperio, repperi, *non* reperi.
 res publica, (*respublica*).
 retundo, rettudi, *non* retudi.
 restinguo, restingo.
 rhombus, *non* rombus.
 robigo, *non* rubigo.
 rotundus (*rutundus*).
 rursus, rursum.

S

Sacculum, *non* seculum.
 saepes [*vallado*], *non* sepes.
 saepio, saeptum [*cercar*].
 saeta [*cerda, crin*], *non* seta.
 saevus, *non* sevus.
 saevitia, *non* saevicia.
 Sallustius, *non* Salustius.
 sanguinolentus, (*sanguinolentus*).

sartum, <i>non</i> sarsum, (<i>sartio, sarsi</i>)	sub <i>ante</i> vocales et consonas reliquias: <i>subaudio, subjungo, subbibo, subduco, subligo, submitto, subnego, subrideo, subsilio, subtexto, subvcho.</i>	<i>trajicio, traduco, traluceo, transmitto, tranato.</i>
satira, <i>satura, non satyra.</i>		<i>tran sequente s: transilio. transcribo.</i>
scaena, <i>non scena.</i>		<i>trans ante vocales et consonas reliquias: transeo, transbibo, transcurro, transfugio, transgredior, transporto, transcolito.</i>
scep̄trum, <i>non</i> scaep̄trum.		<i>Trasumennus, Trasimennus, (Trasumenus, Trasimenus).</i>
cida [<i>esquela, cedula</i>] <i>non</i> scheda (<i>σχέδια</i>).	<i>subicio, subjicio.</i>	<i>treceni, <i>non</i> triceni.</i>
sepulcrum, (<i>sepulchrum</i>).	<i>suboles, non soboles.</i>	<i>tricesimus, trigesimus.</i>
sequor, <i>sequuntur, secutus.</i>	<i>subrogō, surrogō.</i>	<i>triumphus, triumphus.</i>
sequius (<i>compar.</i>) > secus.	<i>subsiccivus, non subsecivus.</i>	<i>trophaeum, tropaeum.</i>
setius (<i>comp.</i>) > secutus.	<i>sucus, non succus.</i>	<i>tus, (<i>tibus</i>), [inciensō].</i>
sescenti, <i>non</i> sexcenti.	<i>Sulpicius, non Sulpitius.</i>	<i>tutela, <i>non</i> tutella.</i>
sicine, (<i>siccine</i>).	<i>sulphur, sulphur, <i>non</i> sulfur.</i>	 U
silva, <i>non</i> sylva.	<i>supellex, non suppellex.</i>	<i>Ulixes, (<i>Ulisses</i>).</i>
singillatim, <i>non</i> singulatim.	<i>superjacō, non superjicio.</i>	<i>umerus, <i>non</i> humerus.</i>
solacium, <i>non</i> solatium.	<i>supplex, supplico, <i>non</i> supplex, suplico.</i>	<i>umor, <i>non</i> humor.</i>
solemnis, <i>non</i> sollennis, <i>nec</i> so- lempnis, <i>nec</i> solemnis.	<i>supplicium, <i>non</i> suplicium, suscenseo, (<i>suscenseo</i>).</i>	<i>unquam, umquam.</i>
sollers, <i>non</i> solers.	<i>suspicio (<i>suspicio</i>).</i>	<i>urgeo, <i>non</i> urgueo.</i>
sollertia, <i>non</i> solertia.	<i>syllaba, non sillaba.</i>	<i>utrinque, utrimque.</i>
sollicito, <i>non</i> solicito.	<i>synodus, non sinodus.</i>	 V
somnulentus, (<i>somnolentus</i>).	<i>Syria, non Suria.</i>	<i>Valetudo, <i>non</i> valitudo.</i>
spatium, <i>non</i> spaciū.	 T	<i>venum dare, venundare.</i>
spondeus, <i>non</i> spondaeus.	<i>taeter, teter.</i>	<i>Vergilius, <i>non</i> Virgilius.</i>
stellio [<i>salamanquesa</i>], (<i>stelio</i>).	<i>tanquam et tamquam.</i>	<i>vertex [<i>remolino</i>], <i>non</i> vortex.</i>
stillicidium, <i>non</i> stilicidium.	<i>tamtundem, tamtumdem.</i>	<i>vilicus, <i>non</i> villicus; quamvis villa.</i>
stilus, <i>non</i> stylus.	<i>Tarracina, non Terracina,</i>	<i>vicesimus, vigesimus.</i>
suadēla [<i>arte de persuadir</i>], <i>non</i> suadella.	<i>tegmen, tegimen, tegumen.</i>	<i>vinulentus, (<i>vinolentus</i>).</i>
sub, in compositis:	<i>temperi, (<i>tempori</i>) [a tiempo].</i>	<i>vult, <i>non</i> volt.</i>
suc, suf, sug sup, ante c, f, g, p: <i>succorro, sufficio, suggero,</i>	<i>temperius (<i>compar</i>).</i>	<i>virectum, viretum.</i>
<i>suppono; sus, in suscito, sus-</i>	<i>temto, templo.</i>	
<i>pendo, suspicio, sustento, suspiro,</i>	<i>totiens (<i>toties</i>).</i>	
<i>sustuli < suffero.</i>	<i>trans, in compositis:</i>	
	<i>tra fit saepe ante j, d, l, m, n:</i>	

De erratione Georgii Pelleterii pueri

II. Et primis quidem novae vitae diebus noster alternis solibus et pluvialis vicissim ridebat et flebat. Illa praefectorum, maximeque juvenis praeceptoris sui, in tractando humanitas, laeta turma sociorum, qui in amplis instituti cavaediis statim ludicra et alacritatem agebant, primae in scena recitationes: haec omnia misericordie afficiebant pueri animum, hae fuerunt quasi undae serenae laetitiae, quibus primi collegii dies illi facti sunt tolerabiles. Sed certis diei momentis, et praecipue vespero, cum descendente in cavaedia nebula autumnali campana vocaverat ad studia pueros, Georgiolus commotionem tam violentiam sibi sentiebat ex pectore ascendere trudique sibi versus gulam, ut vix occultaret condiscipulis. Et tum sedens in scandalo demisso super brachium capite furtivas fundebat lacrimas, mente interim circum casam paternam colli impositam vagante, et se inferente in largam culinam ad stridentem foculi ignem: illic nunc sedere parentes et de se loqui.

Non adeo raro certa manus tristem somniatorem ex illis contemplationibus excitabat; tum lacrimosa pueri facies se erigebat versus amicam coadjutoris faciem, et cum is verbis commiserationis plenis ejus animum confirmabat, effectus esse solebat contrarius, siquidem illa commiseratione revulsum erat ultimum illarum lacrimarum obstaculum — quod scilicet puer subesse se sentiret praefectis — et fletus crescens inclarescebat ita, ut totum oecum personans attolleret parva capita sodalium intentorum studiis, nonnunquam contagione provocaret imitationem.

Quod cum evenerat, invitabatur, ut iret foras, et quidam ex sodalibus, cui id commendatum muneris erat, eum ducebat ad catechistam, hoc est ad sacerdotem, qui tum praeverat religiosis instituti exercitationibus, et peritissimus erat in curandis illis morbis animi. Exceptum comiter affectum assidere jubebat prope mensam scriptoriam, eumque scite interrogando avocabat a doloris causa tristibusque cogitationibus. Postea, ubi satis exhilaratum videbat, commendabat quod pueri judicaret interesse, incitabat ad obeunda diligenter studia, ad aemulationem condiscipulorum, suam pollicebatur opitulationem, suaviter impellebat animum, quod abesset mater, exasperatum, ad tenera venerationem matris illius caelestis, quod is amor solus posset compensare amorem matris, cuius praesentia immaturo discessu puer privatus esset. In ejusmodi colloquio bonus catechista suo amico dono dedit parvam et elegantem imaginem Virginis, quae heroi nostro semper cara mansit, quaque, sicut videbimus, non levis momenti fuit in tristibus et laetis eventibus, quos illum Pater caelestis experiri voluerat, et quam dixeris illi fuisse quandam quasi acum magneticam suae, et non suae unius, adulescentiae.

Tenebrarum hora, id est tempus atrocioris luctationis Georgio instabat in vesperam, cum contractus in lectulo suo habendas immittebat recordationibus suis et lacrimis. Licebat etiam interdiu sentiret aegritudinem, nusquam tamen acrior dolor erat vulneris, quam cum per amplum et jam sublustre dormitorium aequalis audiebutur rhythmus respirationum sodalium. Tum Georgiolus silentio lacrimabat intra linteamina suffocans qui ex pectore jam jam erupturi erant singultus.

«Cum illae recordationes te impedient ad capendum somnum» — sic providus monuerat catechista — «repete aliquoties Ave Maria, ut Caeli Mater te adjuvet in ipso momento certaminis pacem animo tuo restituens». Et Georgiolus tum quidem orabat, sed contraria prorsus consiliis. Nam Virginem rogabat, ut sibi viam aperiret qua licet redire in patriam, neque facile dicam, quanto et quam sincero affectu oraverit, simplices istae ad Deiparam ascenderint preces ex loco dormientium. Et finita precatione Georgiolus mente volvebat, qua ratione exoptatus ad suos reditus minus habiturus esset difficultatum: Scribamne patri, ut lenissimis verbis emolliam

duram ejus ad mea consilia mentem. ut obsecrem, huc veniat, me secum. si nolit hic me perire aegritudine, reducat? Et mane, suspirans tertium quartumque meditatas nocturno tempore voces describebat, epistula tradita praefecti socio cum soldalibus descendebat in oratorium, ubi petitionem nocturnam identidem recitaret Virgini: «Sanctissima Virgo», inquit, «tu patris mei flecte animum, tu fac, ut quam primum huc veniens me domum reducat».

Sed epistularum Georgioli nullae advenerunt responsiones. Videres expressam in facile pueri exspectationem, cum in cavaedio domus distribuebantur, quae publico cursu allata erant, cum se miscebat corona stipanti catechistam distribuentem. «Et pro me nihil habes?» interrogabat voce animo tremula. Nihil hodie, bonus reddebat sacerdos, sed cras, videbis, aliquid etiam tibi consignabitur. Quod quidem cras venit nunquam. «Quid etiam prodest orare Virginem?» —sic ait quodam die amariore ceteris. Sed nemo vocem audiverat, et Georgius dubitationum suarum solutionem invenisse visus est in leviculo verbo, quod ei in colloquio dialecto Taurina in aurem dederat lascivulus socius: «Fac, sis nequam», hortatur is nostrum. «si tu vis redi matri tuae tuas litteras, cura, expediantur foras». «Cur ita?» inquit Georgiolus, mira ad loquendū excitus propositione. «Quia director non tradit cursui omnes, quae illi commissae sunt, epistulae. Nam ipse perlegit, et ubi vidit scripsisse puerum, ut veniant se repetentes, aut lacerat epistulam, aut mittit scriptis in calce quae ipsi visa fuerint» «Sed illud, cedo, qua via epistulae efferri possint foras». «Est vero facile id quidem» docet vaefellus interpres; «opus est aliquantulo astutiae et pecunia, praeterea nihil».

Et vere res non magnam habebat difficultatem. Nam quid facilis, quam committere uni ex tot personis extranis in instituto cottidie commeantibus, quae gratis mitteret epistulam in propiorem thecam epistularem publicam?

«Sane equidem pittacio vecturae est opus, sed hoc, pecunia si in sacculo est, facile comparabitur. Ego ipse, inquit mercator ille, quinque vel sex habeo id genus pittacia, et tibi vendam unum, modo tu magistro ne dixeris». «Et quam ob causam clam magistrum?» miratur Georgius, «quid mali est emere epistulare pittacium?» «Tu hic ratiocinaris, ut in patria si sis tua» ille hic dixit audifax. «Quid hoc sit mali? Si resciverit consultor scholasticus, is tibi narrabit, quid hoc sit mali, sed suo tibi narrabit modo, novem puncta scribens in moribus atque adeo poenam tibi decernens aliquam. An tu ignoras non licere tibi in collegio habere pecuniam? Tune habes apud te nummos?» «Habeo», fatetur candide Georgiolus, «libellas quindecim; sed meae sunt istae, nam mea industria in patria mihi comparabam.» «Jam fac, habeas clandestinas» conclusit submissa voce condiscipulus. «et cura, ne quis conspicetur eas, nisi forte capere mavis molestiam...; Cujus pretii pittacium tibi opus est?» «Quod uni satis sit epistulae». «Quinquaginta stipum dicis. Tenedum! et quod tibi tu postulasti, una contentus libella sum. Sed vides, nemini dixeris».

Neque cuiquam dixit Georgiolus, ne directori quidem, qui postridie vocaverat, ut ejus oculis subjiceret illam, quam libere profectam ad suos putaret epistulam. Hanc conspicatus principio obstupuit. Sed director subridens eum interrogat, si nondum scivisset epistulas, quas mitti vellet foras, committi oportere praefecti socio. Georgiolus ait scivisse se id quidem, se quod necesse esset illam ipsam epistulam, quam primum fieri posset, pervenire quo esset inscripta, opinatum se esse, si extra collegium cursui publico esset tradita, transmitti celerius. Et ille: Errasti, mi puer, nam vides epistulam tuam nondum abisse.

Neque tum ea res sola necopinata Georgiolo erat; nam director ei porrigit unam ex acervo epistularum illo vespere allatarum. Agnita statim manu patris tremula dextra et commoto animo prehendit. Et director eum severis intuens oculis:

«Tu credideras», inquit, «a praefectis tuis epistulas tuas lacerari, quas ad parentes scripsisses — fatere modo —, ego tamen tibi confirmo patri tuo ad unam omnes esse redditas, quod ita esse ut dico colliges ex eo quod nunc respondet. Ego autem exspectabam dum esset fasciculus, quem efficiebas eadem semper verba scribens, dignus vectura. Sic ego dedi uno inclusas involucro et terunciorum quinquaginta pretio potius, quam quinque involucris et pretio libellarum duarum et dimidiae. Hem tu ista non deliberas patrem te tuum hic alere non modico sumptu illumque, quantum interpreter ego, et mihi et tibi commendare, ne sibi inutilia imponantur dispendia. Jamne intelligis, fili? Et nunc perlege patris epistulam!»

Quae erat etiam clarioribus concepta verbis, quam quibus monuerat director: Nam bonus Andreas — hoc patri nomen — male suetus pillulas inaurare declarabat filiolo non se eum misisse in collegium ut singulas ad se daret epistulas diebus singulis, aut, quod etiam pejus esset, ut scriberet, quae sibi obtigisset legere in illo fere dimidio chilogrammate cartae, quod sibi transmissum esset a directore collegit. Primum, dixit, aliud est, quod ego et mater tua agamus, quam singulis diebus, quemadmodum tu tibi faciendum videris constituisse, conscribere litteras. Tum non est mens mea dilapidare istoc modo nummos meos. Postea cave, deinceps in annum inducas ad nos ut scribas domum te velle reverti, quoniam... et secuta sunt ista quoniam, quae lector ipse sibi facile finxerit. Et erat hic epistulae epilogus: praefectis oboediret, totus incumberet in studia, bis aut summum ter in mense scriberet ad suos, tempus ne contereret diutius flendo, quoniam, si mihi, inquit, cum lacrimis dicas ut te mecum inde auferam, certissime perdis tempus.

Georgiolus illa spe dejectus iterum perlegit epistulam et tertium oculis rorantibus, et in cavaedio ad columnam quandam constituit manu tenens epistulam, mente inepta concoquens consilia.

ANDREAS AVENARIUS, S. V. D.

(sequar)



Adm. Rdus. P. Clemens Ramos Gorraiz, C. M. F.

Superior Provincialis Catalauniensis Provinciae

2 - VI - 1917 — 2 - VI - 1942

Fausta Precantes

Sodales Missionarii — Fratres, Scholaſtici, Patres — poſtridie Kal. Junias gaudio elati exſultabant cum Provinciali ſuo. Eo quidem die, XXV annuam celebratant commemorationem Sacrae Ordinationis Adm. Rdi. Patris Clementis Ramos Gorraiz, C. M. F. Moderatoris Provincialis Catalauniensis Provinciae.

Hac data occaſione, noli, «clementiſſime» Pater ſubrasci, ſi PALAESTRA LATINA figurā tuā nobilitatur et memoriā gaudeſt; maxime cum de te agatur cuius erga noſtrum Commentarium benevolentia et favor, quantus fuerit, Joveus climus. gaudio perfusus luculentē ſignificasſet, cui ab incunabulis tum CANDIDATI tum PALAESTRAE LATINAЕ ſolacio fuisti et adjumento, cum ſcholaſticis theologis Cervariae praeeras. Nos quoque poſtequam Provinciae tenet batenas ſollicitudinemtuam et ſtudium in variis PALAESTRAE LATINAЕ labores dudum jam experti ſumus.

Igitur, ſuaviffime Pater, PALAESTRAM favore tuo proſegue te que Deus in tanto munere conſtitutum proſperet beetque.

ACTUARIUS

Ephborum Exercitationes

In argenteis nuptiis Moderatoris Provincialis

Quid cupidus vates dicet, sed nescius artis
 Patri? Quid donum in festo sacro offeret ardens?
 Exsultant caeli, consurgunt undique laudes:
 Quod venis ad sacras aras, tu fisque sacerdos,
 immensus Hosanna cantat gens incola caeli;
 et nitidae limphae simulantes agmina sparsa
 Christum laudantes caeli aethera laudibus implent;
 luscinae in silvis densis concentibus almis
 uncti Presbyteri nomen hilaresque celebrant;
 aris in cordis tuis fumans ardet amoris.
 Omnia odorantur, pulchra ac nubecula clamans,
 cordis sacratis in caelos surgit ab aris:
 ut celebres, auro, festum salvusque hymenaeum!

FELIX SANTESTEBAN, C. M. P
Alabonae, Kal. Junii a. 1942.

Patri et Pastorí

Hac die, Pastor, tibi gratulari
 et tuum nomen sine me sonare
 cantibus musae timidae donantis
 cordis amorem.
 O gregis Custos, utinam per annos
 plurimos vitae rota se voluet,
 ac tuis agnis, oribus fruaris
 tempore longo.
 Duc gregem, Clemens, per amoena prata,
 píscas et cautus tremulos evellas
 a lupis agnos, studiose ad aeri
 pascua perfer.

MOLINA, C. M. F.
Philosophiae alumnus
Celsonae, Kal. Junii a. 1942.

EΙΣ ΕΡΩΤΑ

A filo de media noche,
 cuando la Osa hacia la diestra
 se inclina ya del Boyero,
 y el mundo al sueño se entrega,
 entonces golpeó Amor
 la aldaba de mis puertas.
 —«Quién, dije, a mis puertas llama?»
 «Quién mi dulce sueño ahuyenta?»
 .—«Abre, responde el Amor

niño soy, no hay por qué temas.
 Vengo calado y errante,
 pues he perdido la senda
 en esta noche sin luna.
 Al escuchar yo estas nuevas
 me enterneci, y encendiendo
 una luza, le abri la puerta.
 Y un niño veo, en efecto:
 Trae un arco, a la cadera
 el carcaj, y también alas.
 Junto a la lumbre se sienta.
 Entre mis manos caliente
 las suyas, su cabellera
 enjuéguel, escurriendo el agua,
 Luego que echó el trío afuera,
 —«Ea!, me dijo, probemos
 si se ha aflojado la cuerda
 con la humedad». Y dispara.
 Y el corazón me atraviésa,
 como un lábano; y riéndose
 a carcajadas, se aleja.
 —«Alégrate, huésped, dice
 conserva el arco su fuerza,
 en tanto que a ti la llaga
 el corazón te atormenta».

FRANCISCUS JUVERIAS, C. M. F.
Vertit ex Anacreonticis
Segedae, m. martio a. 1942

Salve Regina

(ab alumnis IV cursus Latinitatis)

Salve Virgo, Regina et Mater mea, salve.
 Nos tibi mortales pueri clamamus egentes,
 Ne auxilium lacrimosi a te imploremus inanes.
 Eja tuos oculos ad nos converte benignos.
 Ipsa ostende tui fructum ventris benedictum
 Nobis, post hoc exsilium, o clemens, pia, dulcis.
 Mater amata, ora pro nobis, Sancta Genetrix.
 Ora pro nobis et in aevum, Janua caeli.

H. FELLOWS, R. MILLER, J. BRADY, V. ELSEKN, C. M. PP.
Ad Comptonium, in California. XVII Kal. Decembres A. D. MCMXLI

Bibliographia

D. Planque, R. Anème, L. Lemireaux. — **A. Ghilain F. Detelle**
Grammaire Grecque. — Deuxième Éditions (1940). — Editions Ad. Wesmael-Chalier (S. A.), Namur.

Dono accepimus alteram editionem Grammaticae Graecae quam cl. Planque, cum aliis quatuor professoribus, in lucem dedit.

Quam sit in desiderio opella ejusmodi studiosis, haec altera editio declarat; neque vero scimus quid magis in ea minorem utrum brevitatem atque nitidatem 242 pagellarum, an potius ordinem et facillimam artem qua vel difficillima graecanicae linguae traduntur.

Methodus etsi tota scientifica tamen praxi omnino consona existit.

Ut ipse, credo, qui semel parvum volumen legerint, talem se prius non cognovisse ducem et magistrum, dolebunt.

A. HERRERA, C. M. F.

G. Lipparini. — *Vita Romana* — Carlo Signorelli, Editore. Milano.

Ad placita programmatum officium, quae nunc pro institutione media in Italia vigent, hoc opus continet voces, modos loquendi, narrationes pulchris imagunculis adumbratas ad res moresque romanos spectantes, quorum ope alumni romanorum vitam edoceantur idoneique fiant ad colloquia latina instituenda.

Bailly – Giulio Cesare. — Trad. italiana di G. Morelli. 4.^a Ed. — Casa Ed. Mazzocco, Firenze.

Hoc excellens Julii Caesaris opus eximii A. Bailly scriptoris gloria est. Ipsius praestantiam non tantum editiones gallicae, sed et italae, quarum quarta ad nos benigne missa est, apprime demonstrant. Facilis enarratio, vividae descriptiones, rerum et personarum scientia, nitida praeterea typographica editio: hae sunt virtutes quae hoc Caesaris opus ornant et quibus maxime commendatur

J. M.^a JIMÉNEZ, C. M. F.

E. Remy. — *Trois Philippiques de Cicéron, 1^e, VIII^e, XI^{Ve}*, ouvrage posthume publié par C. Hanoteau et S. Patris. T. Ier: texte et traduction; T.

II: Commentaire. — Louvain, Bibliothèque de l'Université. 1941.

Operosa sane volumina, quorum in altero gallica interpretatio cum textu latino, in altero commentaria in tres Philippicas (I, VIII, XIV) continentur. Quae cum legas scita et luculenta commentaria, mens, animi motus, optimum dicendi genus principis oratorum romano rum, temporum adjuncta et vices luce quadam mirabili perfunduntur, eaque — veritate assumpta — lectoris animus gaudet et quiescit.

Passim indicantur emergentes unde quaque latinitatis flores ac pulchritudinis formae de recto justoque verborum usu, de syntaxi et stilistica, de rhetorica, de historia, adjectis clarissimorum scriptorum nomina e quibus hausta est scientia vel qui de re consuli valent.

Opus vere egregium, quo gaudent litterae et litterati viri eoque gratulari oportet sedulis scriptoribus, eadem et clarae feminae — quae illud in lucem prodiderunt.

Joannes B. Pighi. — *De ludis saecularibus populi romani Quiritium libri sex.* — Milano S. editrice Vita Pensiero, 1941. XIX. Pag. XIV - 410.

Monumenta quae ex antiquis libris, ex testimonio scriptorum, ex lapidibus, ex nummis de *ludis saecularibus* memoria prodita sunt, alta eruditione, scientia, documentorum copia, perpolito dicendi genere latino nobilis hujus operis scriptor lectoribus tradit. Primus liber est de *ludorum saecularium* origine ac rationibus; in secundo auctores enumerantur eorumque testimonia afferuntur de *ludis*; tertius commentaria *ludorum saecularium*, quintorum, Claudio rum, septimorum profert; in quarto habentur carmina saecularia: *Chorus Proserpinæ*, *Chorus Phœbi et Diana* (Carmen Horatianum) et *Chorus septimus*; quintus est de personis et locis quae ad ludos referuntur, et sextus continet omnes sacros ritus quibus *ludi* perficiebantur.

Opus optimo consilio elaboratum, ex quo et doctiores viri et antiquitatis cultores scientiam de *ludis* sibi comparare et haurire majore facilitate et commodo valebunt. — J. M.^a Mir, C. M. F.

La Fiesta Santificada

Lauria, 5 (Apartado, 1042) Barcelona

La hojita de propaganda religiosa más popular en toda España. Se reparte en muchas parroquias los domingos y fiestas del año.

FABRICA DE MEDALLAS
CRUCES :: DISTINTIVOS
IN SIGNIAS :: ETC.

AUSIÓ

PROVENZA, 376
BARCELONA

FOTOGRABADOS
M. SOLANO



Aribau, 9, interior - Teléfono, 30255

BARCELONA

ENCUADERNACION
EDITORIAL
Y PARTICULAR

J. NAVARRO

MATILDE, 7
TELEFONO, 78193
BARCELONA (G.)

GRAFICAS CLARET
Lauria, 5 (Apartado 1042) Barcelona

Misioneros Claretianos. — Historia de los Misioneros. — Angel de la Unión.
— El Niño y la Virgen. — Bolas Claretianas. — Misas y Visitas. — Espíritu Cristiano.

CO CULSA

Camino Recto. — Mi Jesús. — Mi Angelito. — Misal Diario. — Colegial o Seminarista Instruido. — Devocionario Antoniano. — Kempis Eucarístico. — Horas del Corazón. — Visitas al Santísimo. — Tesoro de Indulgencias. Manual de Liturgia Sagrada. — Títulos y Grandezas de María. — Tratado de Arqueología y Bellas Artes.

REVISTAS

Editadas por PP. Misioneros del Corazón de María

Buen Suceso, 22 - MADRID

www.culturaclasica.com

Ilustración del Clero (mensual)
El Iris de Paz (quincenal)
El Misionero (mensual)
Tesoro Sacro Musical (mensual)

Textos Palaestra

Preparados por PP. Misioneros del C. de María

Pídanse a la Administración:

Lauria, 5 (Apartado, 1042) - BARCELONA

Hist. Sacrae Compendium
para el primer Curso latín 4 ptas.

Epitome Historiae Graecae
para el 2.º curso . . . 5 ptas.

Ciceronis Epistulae Selectae
para el tercer curso
sólo texto latino . . . 1 pta.
con notas y vocabulario 3 ptas.

Ciceronis Pro Archia Poeta
para el 4.º Curso de latín
sólo texto latino . . . 1 pta.
con notas y vocabulario 3 ptas.

Ciceronis in Catilinam
para el 4.º curso
sólo texto latino . . . 1 pta.
con notas y vocabulario 3 ptas.

Vergili Aeneidos liber II
para el 5.º curso
sólo texto latino . . . 2 ptas.
con notas y vocabulario 4 ptas.

Prudentii Carmina Selecta
para el 6.º y 7.º curso . . . 6 ptas.

1.er Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial 3 ptas

2.º Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial 5 ptas.

Horatiana

Colección de Estudios
Horacianos. 6 ptas.

Palaestra Latina

Agotadas las colecciones completas,
sólo podemos servir varios
años sueltos.
Cada año retrasado . . . 12 ptas.

en tela (papel superior) 15 ptas.
en cartoné 12 ptas.

REPETITORIUM

De este hermoso libro de prácticas de latín, más que cuanto nosotros pudieramos decir, lo declara elocuentemente la siguiente carta que el Excmo. y Rdmo. Sr. Dr. D. Miguel de los Santos Díaz de Gómara, Obispo de Cartagena y A. A. de Barcelona, ha tenido a bien dirigir a su autor.

El Obispo de Cartagena, Administrador Apostólico de Barcelona

9 de Diciembre de 1941

*Rdo. P. José M.ª Jiménez Delgado, C. M. F.
Ciudad*

Muy estimado en el Señor: He recibido el ejemplar de su REPETITORIUM, que con su grata del 5 ha tenido Vd. la bondad de remitirme.

Le felicito cordialísimo por esta nueva Obra, a la que efusivamente bendigo y para la que anhelo vivamente el mayor éxito. Con la graduación de sus temas, con lo atractivo de su contenido, con las ilustraciones del texto y demás facilidades que ofrece su Libro, ciertamente ha de ayudar a cuantos se sirvan de él en la pronta adquisición de la lengua del Lacio, cuyo aprendizaje cuesta a veces por no tener a mano guías tan adecuadas como este REPETITORIUM, cuyo empleo tanto facilitará su labor a los alumnos de latín. — Una vez más demuestra V. con esta obra cuánto se preocupan los Hijos del Inmaculado Corazón de María en seguir las huellas del Bto. P. Claret, que no solamente fué tan excelso Misionero, sino fomentador constante de las ciencias eclesiásticas, como lo es su Congregación, cuidando ante todo de divulgar el conocimiento de la lengua oficial de la Iglesia, que es a la vez la llave de oro de la antigua sabiduría.

Con todo afecto a V. R. saluda, felicita y bendice

† El Obispo, A. A.

Cum emitis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

εβ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν· αἴψα τέ οἱ θῶ
ἀφνειδὸν πέλεται καὶ τιμητέρος αὐτός.

ἄλλ' ἡ τοι βασιλῆς Ἀχαιῶν εἰσὶ καὶ ἄλλοι
πολλοὶ ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ, νέοι ἡδὲ παλαιοί,
τῶν κίν τις τόδ' ἔχησιν, ἐπεὶ θάνε δῖος Ὁδυσσεύς·
αὐτῷ ἐγὼν οἰκοι ἄναξ ἐσσού· ἡμετέροιο
καὶ δμύων, οὓς μοι ληίσσατο δῖος Ὁδυσσεύς·“

τὸν δ' αὐτὸν Εὔρυμαχος Πολύβου πάις ἀντίον ηῦθα·
„Τηλέμαχός, ἡ τοι ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,
ὅς τις ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ βασιλεύσει Ἀχαιῶν·
τηήματα δ' αὐτὸς ἔχοις καὶ δώμασιν οἴσιν ἀνάσσοις.
μὴ γάρ δι' γένεσιν ἀνήρ, δις τις σ' ἀέκοντα βίηφιν
κτήματ' ἀπορραίσει, Ἰθάκης ἔτι ναιετοώσης.
ἄλλ' ἐθέλω σε, φέριστε, περὶ ξείνιοι ἐρέσθαι,
διπποθεν οὐτος ἀνήρ· ποίης δ' ἐξ εὑχεται εἰναι
γαῖης; ποὺ δέ νύ οἱ γενεὴ καὶ πατρὸς ἄφονρα;
ηὲ τιν' ἀγγελίην πατρὸς φέρει ἐρχομένοιο,
ηὲ ἐν τούτῳ χρεῖος ἐελδόμενος τόδ' ἵκάνει;
οἷον ἀναῖξας ἄφαρ οὐχεται, οὐδὲ ὑπέμεινεν
γνώμεναι· οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὥπα ἐώκειν.“

τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπινυμένος ἀντίον ηῦθα·
„Εὔρυμάχος, ἡ τοι οὐστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοὶ·
οὗτος οὖν ἀγγελίης ἔτι πειθομαι, εἰ ποθεν ἔλθοι,
οὗτε θεοπροπίης ἐμπάξομαι, ην τινα μήτηρ
ἐσ οὐγαρον καλέσασα θεοπρόπον ἔξερίηται.
ξείνος δ' οὐτος ἐμὸς πατρώιος ἐκ Τάφου ἐστίν,
Μέντης δ' Ἀγχιάλοιο δαῖφρονος εὑχεται εἰναι
νίδις, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσει.“

ώς φάτο Τηλέμαχος, φοεσι δ' ἀθανάτην θεδν ἐγνω. 420
οἱ δ' εἰς δοχηστών τε καὶ ιμερόεσσαν ἀοιδήν
τρεψάμενοι τέρποντο, μένον δ' ἐπὶ ἐσπερος ἐλθεῖν.

395

400

405

410

415

, τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἐσπερος ἡλθεν·
δὴ τότε κακείοντες ἔβαν οἰκόνδε ἔκαστος.

Τηλέμαχος δ', δῆδι οἱ θάλαμος περικαλλέος αὐλῆς 425

ύψηλὸς δέδμητο περισκέπτω ἐνὶ χώρῳ,
ενθ' ἔβη εἰς εὐνὴν πολλὰ φρεσὶ μερμηρίζων.

τῷ δ' ἦρ' ἄμ' αἰθομένας δαῖδας φέρε κεδνὰ ἴδυτα
Ἐνδρύκλει', Ἐπος θυγάτηρ Πεισηνορίδαο,

τῇν ποτε Λαέρτης πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν 430

πρωθῆβην ἔτ' ἐοῦσαν, ἔεικοσάβοια δ' ἐδωκεν,
ἰσα δέ μιν κεδνῆ ἀλόχῳ τίεν ἐν μεγάροισιν,
εὐνῇ δ' οὐ ποτ' ἐμικτο, χόλον δ' ἀλέεινε γυναικός.

ηὲ οἱ ἄμ' αἰθομένας δαῖδας φέρε, καί ἐ μάλιστα
δμωάων φιλέεσκε, καὶ ἐτρεφε τυτθὸν ἐόντα. 435

ῶιξεν δὲ θύρας θαλάμου πύκα ποιητοῖο,
ἔξετο δ' ἐν λέκτρῳ, μαλακὸν δ' ἐκόνυνε χιτῶνα·

καὶ τὸν μὲν γραίης πυκιμηδέος ἐμβαλε χερσίν.
ηὲ μὲν τὸν πτύξασα καὶ δσκήσασα χιτῶνα,
πασσάλω ἀγκυρεμάσασα παρὰ τρητοῖσι λέχεσσιν 440

βῆ δ' ἵμεν ἐκ θαλάμοιο, θύρην δ' ἐπέρυσσε κορώνη
ἀργυρέη, ἐπὶ δὲ οὐληδ' ἐτάνυσσεν ίμάντι.

ενθ' δὲ γε παννύχιος, κεκαλυμμένος οἰδὸς ἀστρῷ,
βούλευε φρεσὶν ἥσιν δδόν, τὴν πεφραδ' Ἀθήνη.

Curiosa et jocosa



11.—Tuccii meditatio ante psittacum:
—O animal singulare! Loqui enim
scit; at, licet tot pennis abundans,
scribere nescit.

12.—Malus pictor dominum efflagitabat,
vellet conclavis sui maximi parietes
dealbare, quas ipse postea pingeret.
Cut ille:
—Tu prius pingue; mihi deinceps cu-
rae erit illas parietes dealbare!

13.—Magister omnia pertentavit, quo
gerundivas formas Tuccium doceret.
Ad ultimum exclamat:
—Ne igitur tu unquam intelligas, sa-
tis esse ut nomina in «andus, en-
dus» desinentia componas?... Eja-
da tandem hujusmodi specimen!
Atque noster magnifice sese infe-
rens:
—Ferdinandus!

14.—Scisne, Julia, utrum Titus e schola
domum redierit?
—Titum nondum vidi: puto tamen
eum rediisse, nam felis sub mensa
latet.

15.—Quid cogitas, Juli, si custodem pu-
blicum rus petentem vides?
—Tumultum fieri in urbe.

16.—Conjicere audes quid hodie mane
et meridie inediā fessus ederim?
—Non littera incipit, estque res mira.
—Natrices? nepas? nuces?
—Nequaquam.
—Ergo, quid rel est?
—Nihil.

17.—Quid causae est. Tucci, cur tantum
cibi sumere audeas?
—Ventrvis appetitus et frequens exer-
citium.

18.—Tuccius ad spectaculum quoddam
dramaticum a patre ductus est,
eique percontanti resne ipsi pla-
ceret;
—O utinam —ingemiscit — in schola
actitetur!
—In schola?... Ecquid theatrum inter-
et scholam?
—Papael Nonne optatissimum disci-
pulis fuerit, si vir a latibulo, hujus
simili, quod hic video, responsiones
suggesserit?

19.—Tuccius a Magistro interrogatur:
—Quot sunt elementa?
—Quattuor.
—Nempe?
—Aér, aqua, terra, et... et...
—Euge; restat elementum illud quod
tantarum aerumnarum causa est.
—Ah! Aéronautica.

20.—In via.
—Cognitumne habes Naevium, ce-
lebrem illum animalium pictorem?
—Papael! Et meam expressit colori-
bus mirum in modum figuram.

NUGATOR

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. Ilerdensi.